

mellis riuulos: & aquarum splendentium: ibi pulcherrimarum mulierum & uirginum amplexus: in quibus tota eius paradisius finitur. Sectatoribus suis promittit inter istas omnes pene antiquarum heresum fetes: euomens. cum Sabellio ternitarem abnegat cum suo Nestorio christi diuinitatem abiicit: cum Manicheo mortem domini diffiteatur h3 regressum eius non neget ad celos. Circumcisionem insuper uelut ab hismaele gentis illius p̄rie sumptam tenendam esse decreuit: gula ac libidinum frenata laxauit. Ipse simul decem & octo uxores habens idolatriam ex toto reliquit: & relinquendam omnibus quibus potuit persuasit: atq; unum deum deorum multiplicitate relicta colendum esse predicauit. Primo ergo ab eis propheta dei creditur. Deihinc processu temporis in regem ab eis quod cupierat sublimatus est. Statim romano languescente imperio permiste arabum uel saracenorum hac peste infectorum surrexit principatus. Atque ui armata maximas Asie partes cum tota africa ac partem hispanie paulatim occupans insubiectos sicut imperium: sic & errorem transfudit. Summa huius heresis intentio est: ut christus neq; deus neq; dei filius sit. Sed h3 magnus deo q; dilectus. homo tamen purus & uir quidam sapiens & propheta maximus que primo per Arrium seminata. Deinde pro istum Maumet prouecta est.

Cum quibus hereticis conuenit Maumet.

Sabellus
Nestorius
Manicheus.

hismael.
Arrius
Ebron
Chirintus
Paulus famosianus
Firinus & Porphyrius.

Maumet p̄ pauper. ij. dies. iij. p̄pheta est habitus. iij. Rex factus. uxores habuit. xxij.

Maumet Rex potens. Asie maximas partes. Africam totam. hispaniam subiecit.

I N C I P I T . C R O N I C A . S A R A C E N O R U M .

N C R E A T I O N I S U E . P R I M O R D I O .

deus manu propria quatuor condidit, prout multorum Arabum, ceterorumq; saracenorum auctoritas asserit. Creauit primo calanum, per cuius officium ad mundi finem ab ipsius initio cuncta prenotentur. Secundo prothoplasstru

Creatio rerum

Sapientia q̄ genita est.

Secundo homo